

Capitulum acquirat iurisdictionem prescriptive, consuetudinaria, & privilegio, num. 17.  
 Capitulum non dispensat contra Canones, num. 18.  
 Capitulum in quibus situr, num. 20.  
 Legem qui condit, an habeat coactionem, num. 21. & 24.  
 Legi diffinitio, num. 22.  
 Tyrannus legem ferre non potest, num. 23.  
 Iurati habent coactionem in subditos, num. 26.  
 Capitulum compellit Capitulares intrare in Capitulum, num. 28.  
 Rector compellit Beneficiarios ire ad Capitulum, num. 29.  
 Nuntiales sine causa & cum malicia possunt destitui a Capitulo, num. 30.  
 Capitulum privat fructibus & distributionibus advocatentem contra illud, num. 31.  
 Synodalis constitutio permittens Capitulis, & eorum presidentibus punitionem, declaratur, num. 32.  
 Coercitio modica que fit, & quando habeat locum, num. 33.  
 Multa quid sit, num. 34.  
 Iurisdictione propria quando competat Capitulis, num. 35.  
 Triduum sess. 25. de reform. cap. 6. §. ceteris explicatur, num. 36.  
 Capitulum quando indicat cessationem a divinis, num. 37.  
 Assistentes quando nominantur a Capitulo, num. 38.  
 Paterfamilias quando subiciatur, num. 39.  
 Iurisdictione sine territorio esse potest, num. 41.  
 Capitulum coactio de iure ad Canonium antiquorem expellatur, num. 43.

QUÆSTIO TRIGESIMATERTIA.

An Capitulo sit iurisdictione aliqua, in Decanum, in Capitulares, vel in Præbendarios suos?

**C**onvens est huic tractatui proposita quaestio, Adjunctior enim iurisdictione inchoat sumit a Capitulo, ut supra quaest. 2. num. 7. Oportet ergo perspicere, qualis iurisdictione resideat in capite, ut confirmata maneat, que membris est attributa.  
 Ante omnia ¶ supponendum est Cathedralium Ecclesiarum Canonicos, nominari Clericos primi gradus, & reliquos Clericos dici secundi gradus, ut Sarthen. in Procemio regularum §. nam satis, Lancellorus in templo Iudicum lib. 2. cap. 9. num. 2. Adco ¶ ut etiam si sint Canonici, si sint Ecclesie Collegiate, appellentur Clerici secundi gradus, Bærius de authoritate magis consilii num. 83. Simili modo ¶ & Sacra Rote Audiores duplici, primo & secundo gradu distinguebantur, nam Index a quo Auditor gradus primi, & Index ad quem Auditor gradus secundi, ad Sarthen. d. §. nam satis, appellabantur.

Deinde suppono ex Equinario, Duareno, & Goveano, quos refert & sequitur Quintana Duennas lib. 1. de iurisdic. 4. tit. 6. num. 14. Iurisdictionem ¶ dici alteram supremam, quæ civiles omnes, criminalesque causas, privatas & publicas complectitur. Alteram modicam, quæ iudicationem de negotiis civilibus interpositam, moderatur. Alteram infimam, sive augustissimam, quæ non iurisdictionem, sed notionem comprehendit. Aliâ vocatur iurisdictione alta, media, bassa, ut declarat Coppinus de sac. pol. lib. 3. cap. 6. num. 9. Maynardus decis. 19. lib. 2. Borrellus in summa par. 1. tit. 41. num. 68. Et ¶ alias dicitur hæc potestas merum imperium, mixtum, aut iurisdictione, l. 3. D. de iurisd. omn. iudic. declarat Pachinus contravers. 9. cap. 94. 95. 96. Aliâ ¶ vocatur maxima, maior, magna, parva, minor, minuta, ut idem Borrel. d. tit. 41. num. 59. Iurisdictione ¶ vero, alio simpliciter modo distinguitur, & declaratur a Pontificis in levem, & gravem, Panormit. in cap. cum ab Ecclesiarum num. 9. de offic. ord. Item in c. cum contigat, num. 2. §. 29. de for. comp. ubi, levius, & modice iurisdictionis, plura referuntur exempla, & infra num. 33. His prepositis videtur dicendum capitulo nullam esse iurisdictionem, quia ¶ omnes universitates iurisdictionem, careant, testimonio Innocentii in c. cum accessissent num. 3. de consuet. argumta. text. in l. si duas 6. §. est autem vers. supra hanc, D. de excus. tut. Et Capitulo ¶ non est territorium, Innocentius in c. cum contingat de for. comp. Cucus

instit. maior. lib. 2. cap. 7. num. 16. Et quando ¶ aliquis esse iurisdictione competet Episcopo & Capitulo simul, & cum consuetudinaria §. de consuetudin. c. Episcopus nullus causam audiat. 15. qu. 7. cap. scitate 6. qu. 3. cap. non est de consuetud. in 6. & vulgare est Capitulo non habere iurisdictionem sine Episcopo, Lancellorus de attentat. 2. par. in presat. lim. 1. num. 77. Et ¶ cum Episcopus sit caput, ad illum tamquam ad principale membrum omnia sunt referenda profertur Petrus Gregorius in repetitione cap. conquere de offic. ordin. cap. 11. num. 16. sicuti dicimus de lege condita a Principe de consilio suorum procerum, l. humanum, C. de legibus diximus supra qu. 1. num. 7. & 8. Ex his censuit Paponius lib. 3. tit. 3. arreso 2. Capitulo ¶ etiam Pastore destitutum non posse incarcerationem Canonium, quia id non licet sine Episcopo. Quid in hoc tenendum? Docui supra qu. 17. num. 35. & qu. 32. num. 5.

Id autem maxime videtur procedere in iurisdictionem quam Capitulo ¶ præterderet in Decanum suum; nam rationis sive iuris tramite recte pensato inferior nulla iurisdictione uti debet in superiore, cap. inferior de maior. & obed. At Decanum caput esse Capituli, & per consequens superiore probo, infra qu. 34. num. 6. & 44.  
 Sed corroboratur exemplo Archiepiscopi ¶ cuius delictum non punitur a Concilio Provinciali, licet eius caput sit, sed à Synodo denuntiat superiori puniendum, cap. grave nimis, 29. ver. Metropolitanus de presb. ubi & notavit Hostiensis num. 16. Joannes Andreas num. 8. Anton. 4. qu. 2. Anchar. num. 10. Sanchez de matrimonio par. 3. lib. 8. disp. 17. n. 55. Sala de legibus, qu. 97. tract. 4. disp. 20. sess. 4. num. 46.

Sed magis ¶ in specifica forma id quod de Decano profertur, adstruitur in cap. ex parte 8. de cleric. non resident. ubi agebatur de privando Decano, & ex illo text. colligunt Panormit. ibi num. 5. quem sequitur Coppinus de sacra politica. 1. cap. 1. num. 12. & eius additio. Capitulo proprie non posse citare Prælatum, neque inferiorem neque parem, quia in paren non habet imperium, cap. inferior de maior. & obedientia. cap. imotus de electione, l. ille à quo, §. tempusnam D. ad rebellianum.

Corroboratur hæc pars ¶ si consideremus Capitulo posse præterdere iurisdictionem corrigendi singulos de Capitulo sine Episcopo: ergo cessante prescriptione, secus est, ut hanc consequentiam ponderat Marianus Socinius in cap. cum contigat, num. 4. de foro comp. Et antecedens probatur ex traditis à Staphileus de spectabilibus tit. de modo & forma num. 12. pag. 87. à Doctoribus in cap. irrefragabili de officio ordin. Ubamemo de consuetud. consil. 14. num. 6. & 7. Rufus si consideremus ¶ nec Capitulo, nec alios Prælatos inferiores dispensare contra Canones, etiam ubi dispensatio conceditur à iure: quia dispensatio est de lege iurisdictionis, Bernonusi Quoveris de publicis concubis. §. fuerit dispensatum, num. 1. ibom. 11. par. 1.

Nihilominus tamen dicendum est, omnia ¶ Collegia in his que pertinent ad Collegium aliquam habere iurisdictionem, non tamen propriam, ut Felinus & Præter infra referendus considerans in Pro qua sententia est textus in cap. dilecta de excess. Prælat. in l. fin. Cod. de iurisd. omn. iud. quem text. ad hoc ponderat Panormitanus qu. 6. num. 7. & n. 9. §. an autem vers. & attende. Tufches lib. 3. conclus. 45. num. 2. l. fin. ubi Bartolus D. de Colleg. l. 2. ubi glo. finalis. C. de consuet. pec. Felinus in c. cum omnes num. 10. §. quarto est advertendum de consue. Præter in Clypeo pastorali ibom. 3. par. 2. cap. 5. à num. 1. fol. 365. optime Paponius lib. 1. tit. 3. arreso. 3. Ex quibus sequitur primò, quod ¶ Capitulo potest statuere in rebus sibi specialiter pertinentibus. Glossa celebris vers. statutum in cap. 2. §. ceterum de verb. sig. in 6. quam sequitur Felinus d. num. 10. Seraphinus decis. 77. nu. 4. Rossell. vers. excommunicator §. 3. Suar. de leg. lib. 4. cap. 6. nu. 11. ubi Sala. qu. 95. tract. 14. disp. 8. sess. 1. c. num. 84.

Sed obstat, nam videtur dicendum Capitulo competere iurisdictionem propriam in stricta significatione sumptam non impropiam, & in lata significatione declaratam. Nam eo ipso ¶ quod quis habet potestatem condendi legem & habere credetur potestatem cogendi iurisdictionem nec

nec sufficeret potestas dominationis, Argum. text. in l. 2. D. de iurisd. omn. iud. cap. præterea de offic. deleg. Quia lex ¶ est preceptum ab eo impositum qui vim habet cogendi, l. i. legis virtus, D. de leg. D. Thom. 1. 2. qu. 90. art. 3. & 2. 2. qu. 67. art. 15. Suarez de leg. 1. c. 8. n. 2. notatur in cap. duo sunt cap. bene quidem dist. 96. cap. cum accessissent, cap. Ecclesia sancta Maria de consuet. cap. Ecclesiarum, cap. solita de maior. & obed. Bart. in l. omnes populi, q. 1. D. de iustitia & iure, Soto ibidem 1. qu. 1. art. 3. Summittit ver. lex, hinc est ut tyrannus ¶ legem ferre non possit, nec mirum quia iurisdictione caret, Bald. in l. decernimus, C. de sacros. Eccles. quem sequitur Salas supra qu. 95. tract. 14. disp. 8. sess. 5. nu. 38. Cui difficultat ¶ responderet quod requiritur merum, & mixtum imperium pro condendis legibus concernentibus de cessionem licium, non tamen ad condendas leges pro commodiore administratione rerum ad communem pertinentium, nam in his iurisdictione lato modo sumpra sufficit, ad Gratian. dist. 9. n. 10. Fol. sup. d. n. 10. §. 4. est advertendum, Præter d. cap. 1. n. 1. Suar. d. cap. 6. n. 12.

Secundò sequitur ex supra dicto quod si ¶ Capitulo & Canonici facultas seu auctoritas conceditur faciendi celebrare Capellanos, & coercitio concessa intelligitur. l. fin. D. de offic. eius, hæretes D. de iur. act. quæ privat. l. 3. §. fin. D. de par. legat. c. præterea, cap. suspensionis de offic. deleg. docet Rot. dec. 65. num. 5. p. recentis.

Tertiò sequitur, & ex supra factis, ut Prætor & Jurati ¶ habeant specialem facultatem coercendi officarios suos inferiores pro congrua reipublice administratione tam in vim privilegii, quàm in vim iuris communis, Felin. d. §. 4. est advertendum, Mastillus dec. 500. num. 28. & 34.  
 Quartò sequitur, quod si Decanus ¶ delinquat in suo officio, sua abutens potestate, rectè puniatur à Capitulo, ut Paponio lib. 1. tit. 3. arreso 4. observat Fabritius in praxi de benef. cum Dig. c. 4. n. 48. pag. 427. & de hac puniendi iurisdictione intelligitur Panormitanus in c. irrefragabili nu. 2. in fine de offic. ord. Docens ipsum corpus Capituli non singulos de Capitulo esse Iudicem & ipsi soli Collegio competere iurisdictionem, ut Paponius & Fabritius præcitat, intelligunt.

Quintò sequitur, ¶ non posse Capitulo in Capitulo recedere nisi licentiam obtineat, quæ sicut compelli potest, ut iurec. Clem. ne Romani, §. porrò de elect. Fortius ut remaneat, l. Pare furiosus, D. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, cuius textus autoritate id docet Curia Pisana lib. 2. c. 8. Quod confirmatur ex constitutionibus Synodalibus huius Archiepiscopus Castragustan. de maior. & obed. cap. 29. unico fol. 120. Ubi etiam in inferioribus Ecclesiis Rector, ¶ aut Vicarius possunt pœnam imponere renuentibus ire ad Capitulo.

Sextò sequitur, Assisios, ¶ Portionarios, seu Beneficiatos locis suis ad nutram Capituli privati posse, imò & suis Præbendis, intelligi de nutralibus, ita Fabritius in praxi de reliquis stipendiis, c. 7. lib. 2. n. 16. pag. 275. Non obstant pacto de non privando, ut Fabri. in praxi de offic. lib. 2. c. 8. nu. 31. Exemplo Vicarii Episcopi, quem ipse Vicariatus possit privare etiam si de non revocando iurasset, ad Bobadilla lib. 1. politica, c. 16. nu. 4. lit. D. & lit. A. n. 13. Et Vicarii Capituli Sede vacante quem à Capitulo eodem casu posse destitui (favente Deo) demonstrat, in Canonicali par. 1. c. 44. nu. 57. & p. c. 16. n. 17. Etiam si hæc destitutio fieret cessante legitima causa, dummodò abesset malitia, ut de amotione Magistri Capellæ Burgensis sedes ex multis docuit Rota dec. 77. m. 2. §. p. 1. d. vers. In praxi tamen id obtinet, ut etiam si adesse malitia nihilominus nutrales possint amoveri, quia Capitulo utens iure suo, non facit iniuriam, l. iniuriam, §. i. ff. de iniuriis, c. cum Ecclesia vult ana. ubi glo. ver. immo i. de elect. Bisignet. dec. 2. de rer. per. ex quibus sic docet Gonzal. regul. 3. glo. 5. §. 6. n. 47. Quod confirmatur ex revocatione Vicariorum nutralium Capitulis permessa, declaratæ sic Congregatione Sacra, de qua testimonium perhibet Garcia de benef. p. 1. c. 2. n. 94. quicquid contra sentiant Rebuffus, Guenep. Flores & Gratian. de quibus Barbosa ad Tit. sess. 7. c. 7. m. 6. & sess. 24. cap. 18. n. 33.

Septimò, ex his sequitur ¶ ut Capitulo possit priva-

re Præbendarios suos distributionibus & fructibus, si ad versus Ecclesiam suam patronium ferant, Glof. verb. contra Ecclesiam in c. fin. de postulat. Hæc est iurisdictione correctionalis Capitulis permessa in privatione Capituli & distributionum consistentis, de qua ex Abbate & aliis loquitur Paponius lib. 1. tit. 3. arreso. 3.  
 Ex dictis infero pœnam arbitriam contra Capitulares Capituli secreta revelantem, de qua loquitur Doctores, Salzedo in praxi crim. cap. 103. §. ultimo, Menochius de arbit. lib. 2. cen. 6. casu 53. §. n. 20. esse inflegendam à Capitulo cessante iurisdictione de Capituli secreto non pendendo, nam si iusiurandum intercedat, cum gravis sit à Canonibus pœna sancta, maiorem & graviozem iurisdictionem, requirit.

Octavo, ex supradictis colligitur quanta cum iustificatione procedat Alfonso ¶ constitutio, de qua in Synodalibus huius Archiepiscopus, c. unico de offic. ordin. fol. 90. Ubi quibuscumque Ecclesiarum Collegiatorum Capituli presidentibus conceditur facultatem (sine præiudicio, tamen Archiepiscopalis iurisdictionis) corrigendi excessus per Canonicos, & Portionarios, Beneficiatos & serviores intra Ecclesias commissos, & multam pro eis imponendi.

Ad cuius ¶ constitutionis declarationem sciendum est, quod mandata iurisdictione intelligitur mandata, & modica coercitio, l. fin. D. de officio eius, l. Magistratibus, D. de iurisdic. omn. Et eo ipso quod quis sit Prælati habet & modicam coercitorem, ut infra qu. 34. ar. 3. n. 25. Modica autem coercitio non solum potest exerceri contra servos, sed & contra liberos, ut docet Jass. in d. l. Magistratibus, n. 2. Et dicitur modica coercitio, si attenda qualitate persone communi opinione feveritatem non contineat, l. fin. ubi glof. C. ad Syllamian. Jass. in d. l. Magistratibus, n. 1. Et hæc modica coercitio & potest esse verbalis & personalis, Bart. l. Imperium in ultimis gradibus maris imperii, D. de iurisdic. Jass. in d. l. Magistratibus n. 1. & manet cum hac opinione Decius in d. l. fin. D. de offic. eius, n. 3. Et pœna pecuniaria, ut Dec. d. n. 3. quem sequitur Menochius de arbitrar. lib. 2. centur. 5. n. 30. casu 43. Et solet vocari imperium minus, Bart. supra in d. l. Imperium, n. 1. 1. quem sequitur Leonardus ad Bullam Cæne lib. 2. Canon. 17. q. 3. n. 3. Bassa autem iurisdictione est eadem que minor iurisdictione, Bart. in l. fin. §. D. uti passid. live est eadem que pedanea iurisdictione, Marcus dec. 201. p. 1. Modicum autem in quantitate pecuniaria, relinquitur arbitrio Iudicis, Menoch. de arbitrar. casu 145. n. 9. sicut & modica percussio, idem casu 53. n. 7. & modicus locus, l. locus est 60. ubi Rebuf. de verb. sign. & modicum tempus, l. si debitori D. de iudic. & modicum terræ, l. sed & si de iudic. & modica saltitas, de qua Ric. p. 3. dec. 328.

Deinde ¶ ad declarationem eiusdem constitutionis in illis verbis (multam pro eis imponendi) obserandum est multam hodie consistere in pœna pecuniaria, l. 2. §. fin. ubi Bartolus, & Barbof. n. 1. D. de iudicis, & licet de iure civili is solum possit multam indicare, qui publicè iudicium habeat, ut Bart. in d. §. fin. n. 28. & Barb. n. 19. De iure tamen Canonico ex delegatione etiam is qui publicè iudicium non habet potest multam inducere, ut ex multis congerit Barb. d. §. fin. n. 94. per text. in c. pastorali, 28. de off. deleg.

Iurisdictione tamen ¶ propria & stricta solet Capitulis competere, vel ex consuetudine, vel ex prescriptione. vel ex privilegio, ut in Ecclesiis quibus Clemens VIII. iurisdictionale privilegium concessit. Eas recenter addit ad Papon. lib. 1. tit. 3. arreso. 3. ut ponderavi supra nu. 17. Idque probatur ex hoc cap. 6. sess. 25. de reform. ¶ Cæteris autem in rebus, ubi hæc verba: Ceteris autem in rebus Capituli iurisdictione, & potestas, si qua eis competit, & bonorum administratione, salva & intacta omnino relinquitur: ubi Barbosa num. 25. refert desiderata Sacram Congregationem, hoc debere fieri iuxta consuetudinem & statuta hæc tunc observata.

Ex his sequitur Primò, ¶ Capitulo posse indicare cessationem à divinis, c. irrefragabili, §. ceterum de offic. ordin. c. si Canonici, c. quamvis, eod. tit. in 6. tractat Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 2. casu 180. Dummodò Canonici sint in tali consuetudine & privilegio, ut observat Imol. in d. ceteris, n. 18.

38. Secundo sequitur ad Capitulum spectare nominationem existentium in Pontificalibus tam in Missa, quam in Vesperiis eiusdem Ecclesie sit consuetudo, cap. 12. *vers. committit ante de reform. sess. 24. ubi Farin. 6. fin. Barbof. num. 43. Marcilla lib. 1. tit. 9. cap. 17. lit. K. in fine.*

39. Tertio sequitur, ut Patrochus ubi subdit Capitulo, in actibus concernentibus cultum divinum, si ita habeat consuetudo, glof. *ver. perceptionem in cap. irrefragabili de offic. ordin.* quem sequitur Rubens apud Gratianum *discept. 298. num. 50. par. 2.*

Non obstant in contrarium a deducta argumenta quibus distinguendo respondemus. An loquamur de iurisdictione propria & ordinaria & hac cessante consuetudine, praescriptione, vel privilegio, nullo modo Capitulis competit, ut dixi supra num. 17. & num. 35. Aut loquamur de iurisdictione impropria & lata, & hac Capitulis competit, ut supra num. 19. & num. seq.

Neque obstat id quod diximus supra num. 10. quod Capitulum territorio caret, quia bene potest esse iurisdictione sine territorio, cap. 1. de Relig. Dom. glof. *ver. divisi in cap. 1. de x. glof. verb. Diecessim in clem. ne Romani, §. sanz de elect. Rota dec. 324. num. 10. par. 1. recentiss.*

42. Non obstat, id quod de superioritate Decani respectu Capituli dicitur supra num. 14. quia advertendum est Decano Capituli Cathedralis se habere ad ipsum Capitulum hoc modo. Est caput Capituli in hunc effectum, ut eius sit convocatio, & in Capitulo habeat primam sedem, non tamen est maior, sed inferior toto Capitulo, Navarr. *conf. 62. num. 5. ad solutionem 2. de offic. ordin.* Sanchez *de matrim. par. 3. lib. 8. disp. 17. num. 39.* Est & caput & quo ad alia de quibus infra quaest. sequenti num. 6. & 44. arg. 2. Circa coactionem vero Capituli advertendum est, quod de iure coactio ista spectat ad antiquiorem Canonicum, Abb. *in cap. in Genesini. 2. de elect. Item in c. 2. de his que sunt a maior. par. Rebuffus de nomin. q. 2. n. 6. §. 8. tunc infra qu. 34. num. 21.*

Id quod de Decano dixi, modò confirmatur exemplo

44. Archiepiscopi cuius est similiter Synodi Provincialis coactio, & illi praesertim, in prima sede, non tamen est maior Synodo congregata, Navarr. *conf. 6. n. 5. ad solutionem 1. de maior. & obed. & ab Archiepiscopo appellatur ad ipsam Synodum, tanquam ab inferiori ad superiorem, glof. schol. nit. in cap. a collatione de appell. in 6. Hostiensis in cap. grave 29. de preb. Cardin. in Clem. 1. §. quod etiam in interdicit, n. 1. notab. 1. de sent. excomm. ubi Ancharanus n. 4. notab. 5. quos refert & sequitur Sanchez de matrim. par. 3. lib. 8. disp. 17. n. 26. Archiepiscopus verò ad Synodo puniri non potest, licet aliud in Decano a Capitulo puniendo dictum sit supra, num. 42. Quia Archiepiscopalis dignitas praecellentiore gradu est condecoranda, & c. grave, ubi considerat Butrius n. 17. Pandr. 8. quos refert & sequitur Sala *de legibus qu. 97. tract. 14. disp. 20. sect. 4. n. 46.* Sed non ideo permittit Archiepiscopo dispensare in constitutione Synodi Provincialis, ut utrumque novissime multis auctoritatibus confirmat Moneta *de commutat. cap. 5. num. 267.**

Plura huic congrua questioni, sequens ediderit.

S V M M A R I U M.

Prima Dignitas post Pontificalem que sit, num. 1.

Prælatio attenditur ex consuetudine, num. 2.

Archiepiscopus de iure est prima Dignitas, num. 3.

Prior, Praepositus, Decanus, Abbas, Archiepiscopus, Archiepiscopus, dicuntur Dignitates prima post Pontificalem, num. 4.

Praepositus, cur sit vocentur, num. 5.

Decanus est caput Capituli, num. 6. & 44. Reparatur collapsus, num. 8. indicat, num. 11. succedit Archiepiscopo, num. 4. & 12. modicam iurisdictionem censuris expedit, num. 13. primi delinquentes in choro etiam Canonici, num. 14.

Caput ceteris membris dat fomentum, num. 7.

Vniuersitas delinquit si caput delinquit, num. 9. & 43.

Reitor, & Consiliarius condemnatus, Reitor solus dimidium poenae, num. 10.

Decanus compellit etiam Canonicos ad modeste loquendum,

& proceden. num. 15. etiam in choro, num. 16. est hostis Episcopi, num. 19.

Cantor habet iurisdictionem etiam in Canonicos, num. 17.

Plebanus habet iurisdictionem, num. 18.

Decanus sedet primo loco, num. 20. est Praepositus, num. 21. praecedit officialem, num. 22. invigilat choro, num. 23. Cognoscit de purgatione, num. 24. recedit a choro sine licentia, num. 26. Procurator signat sine Capitulo, num. 27.

Dirimit votorum puritatem, num. 28. recognoicit monitoria legenda, num. 29. & 46. dispensat, num. 36. interdicte, num. 37. visitat, num. 42.

Prelatus quilibet habet modicam coercitionem, num. 25.

Decanus non nominat solus Commissarios, num. 30. Solus non aperit Epistolas, num. 31. Capitularibus assurgit, num. 32. veniam petit recessoribus, num. 33. admonet, & refert Episcopo, num. 34. Eius maioritas, vel minoritas pendet a consuetudine, num. 35. 40. & 41.

Decanus de Tudeia multis prerogativis gaudet, num. 38.

Archiepiscopus de Brivellia est ordinarius, num. 39.

Archiepiscopus quando Vicarius Generalis, num. 45.

Constitutiones Synodales de recognoiscendis edictis revocate, num. 47.

Delegatus procedit contra Episcopum turbantem, num. 48.

QUÆSTIO TRIGESIMA QUARTA.

An Decanus habeat iurisdictionem in Capitulo, vel Præbendarios?

**A**nte omnia suppono, quod Dignitas maior, seu prima post Pontificalem dicitur illa, quae non habet aliam Dignitatem superiorem excepta Pontificali, Farin. dec. 886. in *recolle. civibus. Ceremoniale lib. 1. c. 8.* Riccius *resol. practica cap. 168. n. 4.* Attenditur tunc maiori praelationis, non secundum ius, sed secundum consuetudinem, Zabarella *conf. 62. num. 1. in princ. & in medio. Patris de resq. lib. 2. q. 1. num. 83. Mantici. dec. 175. num. 3.*

Prælati Cohier. *ad reg. 3. Cancellar. a. n. 19.* ubi multa de Decanatu. Nam quod de iure communi Archiepiscopus est prima dignitas post Pontificalem, Aretinus *conf. 23. num. 7. vers. quia de iure, Boer. dec. 186. n. 5. vers. quinto, Grammaticus dec. 64. n. 19. Addit ad Ludov. dec. 4. 11. num. 5.*

Deinde suppono quod dicta de Decano in presenti intelligi repetita de quolibet personatu, dum sit prima Dignitas post Pontificalem: nam & Prior Ecclesie Collegialis vel secularis, vel regularis equiparatur Abbati. Navarr. *conf. 4. de maior. & obed. n. 3.* Nec interest, quod primus iste vocetur Archiepiscopus, quia & Archiepiscopus successit Archiepiscopato, dec. 53. n. 5. p. 2. recentiss. Et Decanus Archiepiscopus successit, c. ad hoc, §. Archiepiscopi de offic. Archiepiscopi, c. ministerium de offic. Archiepiscopi. c. dudum de privi. Rota dec. 4. n. 1. de elect. dec. 17. de concessione preb. in novis, d. dec. 53. n. 5. ubi dicitur, quod Archiepiscopus Decanus presbyterorum est, Mosconi *de Maifest. Eccl. 1. cap. 13. p. 1.* Fabricius de benefi. cum Dign. c. 4. n. 4. ubi additio littera R. Nec interest an appellatur Praepositus, nam & hic comparatur cum Decano, nullus cum seq. dist. 60. Fabri. d. c. 4. n. 5. o.

Et Praepositus tunc hi qui in Ecclesia regulari vocabantur Priores, & nunc saeculares effecti appellantur Praepositi, Doctores & glossa *ver. Praepositos in c. 1. de consuetudin. 6. o. verb. Praepositi in c. 1. de atar. & qualis. eod. lib. Coppinus de sacra pol. 1. tit. 6. n. 13. Fabri. d. c. 4. n. 52. Petrus Gregorius Synagm. lib. 5. p. 2. c. 18. n. 60. Ubi Coppinus & Fabricius attestantur Praepositos, sic vocari, qui ante nominabantur Priores, ut patiantur diminutionem nominis, sicut passi sunt, qualitas & potestatis.*

His suppositis, videtur dicendum Decano incumbere iurisdictionem adversus omnes Ecclesie sui est Praepositos Praebendarios. Primum, quia est caput Capituli, quod in hac alma Sede, difficultate caret, ut in Bulla Clem. VIII. posita post q. 1. n. 7. 1. Jus commune id ipsum de alii Ecclesie suadet, ut legitur & notatur in c. cum inter universas, 18. de elect. c. post electionem de concess. preb. l. non plures. C. de Sacrof. Eccl. l. 1. c. 2. C. de Decur. lib. 12. Rota dec. 4. de elect. & dec. 17. post med. de concess. preb. in novis, & probat Suarez *de legib. lib. 4. c. 6. ubi Sala q. 95. sect. 14. disp. 8. sect. 6. n. 84. Et cum sicutio*

Actio naturam imitetur, §. minorum *inst. de adop.* Decanus, ut cetera membra regat & gubernet, necesse est, cum in corpore naturali membra a capite quod fomentum, decorum & formam recipiant, & memoria, intellectus & voluntas capiti inhereant, in quo divina pulchritudinis effigies est situta, §. i. quis in metallum, C. de penis, profertur Boerius *de autor. mag. consil. n. 18.* quia caput, principale membrum est corporis, l. cum in diversis, D. de religiof. dixi supra q. 1. n. 8. Et quod ad Decanum tamquam ad caput Collegii spectat erigere collapsa, colligere sparsa, & recuperare perditata, & deformia formate, ad Rodericum Zamorensem Episcopum in *speculo vitae humane lib. 2. c. 13.* Sicuti & patratum delictum a capite, patratum ab universitate censetur, Tiberius Decianus *consil. 10. n. 4. lib. 1.* Quomodo hoc intellegatur dicitur *infra. n. 46.* Et Rector tunc condemnato cum Consiliariis suis ad aliquam summam dimidiam exsolvet Rector, & Consiliarii dimidiam, l. quoniam ubi Salizzetus, C. de appell. §. lib. 1. communium tit. 24. n. 10.

Secundo, quia de iurisdictione Decani quum plures auctoritates attestantur. In primis de iure divino Exodi c. 18. circa finem scribitur, & electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos Principes populi Tribunus & Centuriones, & quinquegentarios & Decanos, qui iudicabant plebem omni tempore, quicquid autem gravius erat referrebat ad eum, faciliora tantummodo indicantes, quam auctoritatem ad hoc propositum ponderat Rodericus in *speculo lib. 2. c. 13.* Item probatur, quia Archiepiscopi tunc quibus Decani successerunt, ut supra n. 4. iurisdictionem levem exercent, Panor. *in cap. cum contingat n. 28. & 29. de foro compet. & in cap. cum ab Ecclesiis n. 9. de offic. ordin.* voluntariam non contentiofam, Cucus *insti. maior. 2. cap. 11. n. 1. ubi tit. 12. a. n. 6. docet.* Idem tunc de modica iurisdictione Praepositi in Clericos Ecclesie suae; quam censuris potest expedire, & quod Decani habeat iurisdictionem saltem in minoribus, probat Garcia *de expensis cap. 9. n. 1. §. 6. tract. 10. n. 17. folio 204.* Haec iurisdictione, & competit Decano, ut successori Archiepiscopi, dec. 5. *de elect. in novis*, five tamquam Collegii Praelato *dec. 9. de preb. in novis*, imò & ordinaria competet, vel ut Decano, vel ut Archiepiscopo successori, Speculator *de offic. ordin. §. 1.* quem sequitur Mohedanus d. 164. n. 4. & latius profertur Riccius *Collectan. 1618. par. 5. glof. verb. iurgia, in c. perleitis d. 25.* quam iurisdictionem excommunicationis gladio potest communitate, ut notat Petrus Greg. in c. concurrentes de offic. ordin. c. 11. n. n. 14. & dixi de Praeposito supra n. 5.

Qui tunc in choro delinquit etiam Canonicus praesidentis arbitrio distributione multatur, ut sanctus Carolus in *alib. Ecclesie Mediolanen. par. 1. fol. 16. col. 4. diffinit.* & id est quod dicitur in c. 2. de offic. Archip. quod Archiepiscopi potestate utuntur in Cardinalis Sacerdotes, qui sine istis *Explicimus supra quaest. 1. n. 30.* Tam tunc Archiepiscopus, quam Decanus Canonicis modeste procedere, suo tempore loqui, & vota proferre curat, & secus facientes a Capitulo ejicit & servitium illius diei amissione castigat, Anastasius Germonius in *suo Archiepiscopali lib. 1. tit. 1. c. unico. Malle*

legentes, negligenter cantantes, confabulantes, ridentes, aut irreverenter in choro versantes, denuntiant Cantore, Decanus salutaris poenitentia cohibet. Idem Anastasius *lib. 4. tit. 13. c. 14. §. 1.* Rursus Archiepiscopus sumit informationes super matrimonio a forenbibus contrahendis de quibus in Tridentino *Sess. 24. de reform. matrim. c. 7.* Admonet suos Sacerdotes, ut numeri sibi in iuncto satisfaciunt, excitantes clamorem in choro, ut ab strepitu desistant, & minime expedit, quae ab Episcopo sunt ordinatae, & que figuram Iudicii non requirunt, Litta *dec. 129. apud Farin. in crimin. p. 2. & secundum constitutionem Synodalem huius Archiepiscopatus alia exequitur, de quibus supra q. 33. n. 3. 2.* Hæc eadem pars, corroborator permanebit argumentum sumpto a minori ad majus, quod validum est in iure, c. cum in cunctis *ubiq. glof. in princ. de elect.* Everardus in *locis legalibus c. 15. n. 1.*

17. Ad Præmiceri tunc seu Cantor iurisdictionem exercent non solum in sacrificiis hoc est inferioris gradus Clericos, sed & in Canonicos & Dignitates, *glap. in §. final. in pragmat. sanct. tit. quomodo dicitur offic. Chopinus de sacra pol. tit. 3. n.*

10. Fabricius in *prax. de benefi. cum Digni. lib. 3. cap. 4. n. 56.* Imò tunc & Plebanus habet iurisdictionem cumulativam tam in Clericos quam in laicos, cap. 3. cap. 4. ubi notat Innoc. *de offic. ordin.* & quilibet Rector jus habet multam exigendi, ut praesupponit ex Bartol. in l. 1. D. de albo scribendo, Marcus *dec. 805. par. 1. dec. 9. de preb. in novis.* Achilles *dec. 8. de procurat. simlter & à t congruo* quia congruo rationi, ut Decanus iurisdictione fit munus, qui testimonio Roderici supra d. cap. 13. si rectè agat, Episcopo odiosus fit, necesse est: aded ut illius sit hostis, si Collegii amicus esse cupit.

Tertio quia hæc Dignitas, multis prerogativis conuenitur, nam tunc primo loco, post Episcopum Decanus five præpositus exigit & prima post Pontificalem Dignitas appellatur, nam post Pontificalem major & principalior curia, & Collegii administratio ei congruit, proxior est Episcopo Dignitate & honore, cui propinquier est Consilio & assentientia, ut Rodericus in *dicto specul. lib. 2. cap. 13.* Dicitur tunc Praelatus Collegii, *dec. 9. de preben. dis in novis.* Ad Decanum spectat Capitulatum congregare, *eo modo quo dixi supra q. 33. num. 43. & probat. l. 2. C. de decurion.* ubi notat Bart. & Curia Pisana *lib. 1. c. 2. n. 3. ubi additio lit. A.* in tantum, ut sine eo Capitulatum congregari non possit, l. nulli d. quod enusque *Unversit. l. 1. D. de decretis ab ordin. notant Doctores in cap. 1. de Syndic. & Curia Pisana lib. 1. c. 8. n. 1.* Praepositus tunc Ecclesie Collegiate officialem forebunt præcedit, Riccius in *praxi dec. 577.* Decanus habet præminentiam, Mohed. *dec. 164.* Et habet assistentiam juris communis præminentiam aliis presbiteris Ecclesie, Puteus *dec. 210. lib. 3. num. 2.* Invigilat tunc super prosecutione divini officii, & disciplina chori, Concilium Basilienfe, *Sess. 2. tit. quomodo divina offic. sint celebr.* quod allegatur a Rota *dec. 533. p. 2. rec. n. 5.* Tempus horarum psallendarum, & alia inferiora ministeria designat. *Clem. 1. de celebr. mis. ubi Vitalin. n. 63. Zabarel. n. 4. §. 1.* Indicit silentium in choro, etiam si alius acquisierit huiusmodi facultatem, quia censetur acquisisse cumulativè, d. dec. 533. n. 1. & 2. Cognoscit, tunc quæ sit bene, vel malè punctatus? Rota *dec. 432. p. 3. d. vers. Alex. Ründ. variat. lib. 1. c. 67.* Adscribitur inter inferiores Praelatos *dec. 9. de preb. in novis.* Achil. *dec. 8. de procurat.* Et quilibet Praelatus quod modicum coercitionem habet, ut compellat pro consuetis Ecclesie servitiis praestandis, Bald. *vol. 1. consil. 130. n. 2. in fine.* Recessurus a choro tunc licentiam postulat a Punctatore, ut de præposito docet Ric. in *praxi dec. 583.* Non est privata persona, sed Praelatus, & tunc Procurator ab eo constituitur contra Episcopum in causa Capituli censetur bene constitutus, Achilles *d. dec. 8. de Procur. Præfatis* quod suffragium dirimit paritatem votorum, ut de Senatu Delphinatus probat Franc. Mar. *dec. 5. lib. 1. & lib. 2. dec. 295. De Senatu Neapolitano Franch. dec. 252. p. 2. n. 2. De Lusitano Gamm. dec. 1. n. 12. De Pedemontano Thelautus Dec. 1. n. 5. De omni Senatu*, idem Thelautus *d. dec. 1. n. 8. in fine.* Recognoscit tunc literas, five Apostolicas, five ordinarias, in Cathedra, vulgo pulpito legendas in hac alma Metropolitana Sede, ut in *constit. Synodal. cap. unic. de excess. Prael. fol. 97. sed de hoc infra n. 46.*

Attento tamen iure communi, questio nostra negativè resolvenda est, quia urbs, orbe non major est, ut arguuntur D. Hieronymus in *l. legimus d. 95. Sed Capitulum iurisdictione caret, ut ostendit supra q. 33. n. 17.* Ergo, & Decanus. Hinc est, ut Decanus prohibetur solus quod nominare Commisarios, argumento eorum quæ tradit Joan. de Platea in *l. quid extra ordinarius, C. de legat. lib. 10. & alii quos sequitur Bobadilla in *politica lib. 3. c. 8. n. 67.* Hinc tunc etiam est ut prohiberetur & aperte Epistolam sine Capitulo. Idèdque nulla fuit adhibita fides Epistolæ qua Tiberius sine Senatu aperuit a Pilato missæ de Christi Domini nostri vita, Passione, & Resurrectione. D. Antonius in *Elphoriatu. 6. c. 12. §. 1.* Bobadilla *lib. 3. politic. c. 7. n. 68.* Baronius ubi & Spondanus in *Annalibus anno Christi 34.* Tiberii 18. n. 63.*

In hac autem Sede Casarug, quatuor adhibitis Capitalularibus Epistolam non Regias aperite permittitur, ut 4. par. statut. cap. 6. Hinc est tunc tunc Capitulatum suis auctoritate nem debeat. Argumento Capitulis esse subiectus d. 95. docet